

**ESERCIZIO 1 ► RIPASSO DELLE FUNZIONI DELL'ACCUSATIVO**

a. Traduci le seguenti frasi, distinguendo le diverse funzioni dell'accusativo.

1 *Magna voce iuravi verissimum pulcherrimumque iusiurandum.* (Cic.) 2 *Alcibiadem barbari, telis eminus emissis, interfecerunt.* (Nep.) 3 *Atticus die quinto, postquam se cibo abstinendi consilium inierat, decessit.* (Nep.) 4 *Roma patrem patriae Ciceronem dixit.* (Iuv.) 5 *Varro signum proposuit instructasque copias flumen traduxit.* (Liv.) 6 *Ut (= «appena») in senatum convenimus, rogatus ego sententiam, multa dixi de rei publicae salute.* (Cic.) 7 *Iugurtha Thalam pervenit, in oppidum magnum atque opulentum.* (Sall.) 8 *Caesar duas fossas quindecim pedes latas perducere iussit.* (Caes.) 9 *Collem palus cingebat non latior pedibus quinquaginta.* (Caes.) 10 *Augustus spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aderat.* (Suet.) 11 *Caesar legionibus stipendium in perpetuum duplicavit.* (Suet.) 12 *Mihi quattuor et viginti annos nato detulit imperium populus Romanus.* (Liv.)

b. Traduci le seguenti frasi.

1 Annibale, per combattere contro Roma, condusse in Italia un ingente esercito attraverso le Alpi. 2 Cesare, giunto a Gergovia, ordinò che gli venissero consegnati ostaggi e armi. 3 A Canne Annibale combatté una battaglia memorabile. 4 I Romani chiamarono Camillo secondo fondatore di Roma. 5 Socrate discuteva con i discepoli fino a sera. 6 Alessandro inseguì i nemici per 80 stadi. 7 I consoli si accamparono presso il fiume Strimone (*Strymo, onis*), che distava un miglio da Anfipoli. 8 Fulvio Flacco, entrato (usa *ingredior*) a Roma con l'esercito, si diresse sull'Esquilino. 9 L'imperatore Tiberio regnò per ventitré anni. 10 L'isola si estendeva per settanta miglia in lunghezza e per ventitré in larghezza.

**ESERCIZIO 2 ► VERBI TRANSITIVI IN LATINO INTRANSITIVI IN ITALIANO**

a. Traduci le seguenti frasi.

1 *Iuppiter iuvat imbris agros.* (Ov.) 2 *Audentes deus ipse iuvat.* (Ov.) 3 *Ut (= «appena») barbari Alcibiadem incendium effugisse viderunt, telis eminus missis, (eum) interfecerunt caputque eius ad Pharnabazum rettulerunt.* (Nep.) 4 *Pausanias complures Persarum nobiles clam Xerxi remisit, simulans eos ex vinculis publicis effugisse.* (Nep.) 5 *Risi te hodie multum.* (Plaut.) 6 *Sed mirari satis Vettieni neglegentiam non queo.* (Cic.) 7 *Fit ut, quae dicendo refutare non possumus, quasi fastidendo calcemus.* (Quint.) 8 *Nemo perditorum civium vel potius domesticorum hostium mortem maeret.* (Cic.) 9 *Caesar ad Lingones litteras nuntiosque misit, ne Helvetios frumento neve alia re iuvarent.* (Caes.) 10 *Suam matrem mortuam lamentatur.* (Ter.) 11 *Quis non doluit rei publicae casum?* (Cic.) 12 *Utrumque laetor, et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse.* (Cic.) 13 *Defecere (= defecerunt) ad Poenos Cisalpini omnes Galli.* (Liv.) 14 *Domitius, cum vires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus.* (Caes.) 15 *Difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris.* (Cic.)

b. Traduci le seguenti frasi, prestando attenzione ai costrutti verbali.

1 Cincinnato, eletto dittatore, dopo aver sconfitto gli Equi, rinunciò alla dittatura e si ritirò in campagna. 2 Mi è sfuggito il senso del tuo discorso. 3 Cesare, per vendicarsi dell'offesa ricevuta, inseguì Pompeo in Illiria. 4 Vercingetorige sperava nell'aiuto di tutta la nazione gallica. 5 Ad alcuni piace l'impegno, altri invece sfuggono la fatica. 6 Le tue parole ci piacciono (*delecto, as*), ma non tutti seguiranno i tuoi consigli né potrai sfuggire alle critiche dei tuoi avversari. 7 Molti si lamentano (*queror, ̄ris*) della propria sorte, ma spesso sono da considerarsi non solo infelici ma anche responsabili delle proprie disgrazie. 8 I plebei non si persero d'animo e si ribellarono ai patrizi ritirandosi sull'Aventino. 9 Quando Annibale valicò le Alpi e scese in Italia, molte popolazioni galliche passarono (*deficio, is*) ai Cartaginesi. 10 All'avaro non manca (*deficio, is*) mai una causa per (= di) rifiutare il denaro. 11 Ai soldati di Cesare non mancavano disciplina e coraggio. 12 I cittadini non si persero d'animo né disperarono della sorte della patria.



**ESERCIZIO 3 ▶ VERBI COL DOPPIO ACCUSATIVO**

a. Traduci le seguenti frasi prestando attenzione ai costrutti verbali.

- 1 *Acarṇānes, Boeoti et Achaei quoque regem Philippum auxilia orabant.* (Liv.) 2 *Pacem te poscimus omnes.* (Verg.) 3 *Multi id quod ipsi experti non sunt, docent ceteros.* (Cic.) 4 *Facere docet philosophia, non dicere!* (Sen.) 5 *Accepimus Iovem tantum inter ceteros mortales Tantulum dilexisse, ut ad convivia deorum saepe eum invitaret et de suis consiliis doceret.* (Cic.) 6 *Tarquinius de itinere hostium senatum docet.* (Sall.) 7 *Ille nos nihil celat.* (Cic.) 8 *Medicus Calligenes, qui curationi praeerat, mortem regis (Philippi) omnes, qui extra regiam erant, celavit.* (Liv.) 9 *Faciam illud quod rogatus sum.* (Cic.) 10 *Cicero, per legatos cuncta edoctus, senatum advocat.* (Sall.) 11 *Id ex omnibus partibus ab eo flagitabantur.* (Caes.)

b. Traduci le seguenti frasi prestando attenzione al costrutto del doppio accusativo.

- 1 Saturno insegnò l'agricoltura agli antichi abitanti del Lazio. 2 Prometeo insegnò agli uomini l'uso del fuoco. 3 Gli ambasciatori informarono (usa *doceo*) il senato delle vittorie di Cesare. 4 I senatori chiesero il parere dei tribuni della plebe sulla nuova legge. 5 Il creditore chiedeva insistentemente (usa *flagito, as*) al debitore il denaro. 6 Lentulo, richiesto da Cicerone del suo parere, tacque. 7 I Romani interrogarono i prigionieri sui piani (usa *consilium*) dei nemici. 8 Nessuno fu tenuto all'oscuro del pericolo imminente.

**ESERCIZIO 4 ▶ ACCUSATIVO CON I VERBI IMPERSONALI**

Traduci le seguenti frasi.

- a. 1 *Neminem vestrum praeterit, iudices, omnem utilitatem provinciae Siciliae consistere in re frumentaria.* (Cic.) 2 *Quid deceat vos, non quantum liceat vobis spectare debetis.* (Cic.) 3 *Te bellare decet terra, Messalla, marique.* (Tib.) 4 *Nec clarissimorum virorum exempla nec doctissimorum praecepta te fugiunt.* (Cic.) 5 *Te hilari animo esse et prompto ad iocandum valde me iuvat.* (Cic.) 6 *Nihil Fabium fefellit.* 7 *Me civitatis morum piget taedetque.* (Sall.) 8 *Nec me iam dicere vera pudebit.* (Tib.) 9 *Id me pudet.* (Plaut.) 10 *Quem Romanorum pudet uxorem ducere in convivium?* (Cic.) 11 *Numquam suscepti negotii eum pertaesum est.* (Nep.) 12 *P. Sulpicius, tribunus plebis, quasi pigeret eum virtutum suarum, leges perniciosas et exitiabiles liberae civitati tulit.* (Vell.) 13 *Eorum nos magis miseret qui nostram misericordiam non requirunt quam qui illam efflagitant.* (Cic.) 14 *Malo me meae fortunae paeniteat quam victoriae pudeat.* (Curt.)
- b. 1 Non a tutti si addicono le stesse cose. 2 Ai dotti romani piaceva ascoltare i filosofi greci. 3 A Cesare non sfuggì che i Belgi stavano preparando una rivolta. 4 Gli uomini saggi non si pentiranno delle loro decisioni. 5 Mi ricresce molto di non essere venuto da te. 6 Abbiate sempre compassione di coloro che soffrono. 7 Dovete avere compassione di coloro che soffrono. 8 Volevo che ti pentissi di ciò che mi hai detto. 9 Marco afferma di essersi molto annoiato del discorso del celebre oratore. 10 Cesare non era solito pentirsi di quello che faceva.

**ESERCIZIO 5 ▶ ABLATIVO: FUNZIONE DI ORIGINE E ALLONTANAMENTO**

a. Traduci le seguenti frasi.

- 1 *Nonnulli dicebant Dianae simulacrum, Segestam Carthagine revectum, victoriam populi Romani reditu suo nuntiasset (= nuntiavisse).* (Cic.) 2 *Caesar Pompeium a mea familiaritate disiunxit.* (Cic.) 3 *Sperabam hanc a me posse molestiam demoveri.* (Cic.) 4 *M. Cato a P. Africano saepe dissensit.* (Nep.) 5 *Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant.* (Caes.) 6 *Aduatuci erant e Cimbris Teutonisque prognati.* (Caes.) 7 *Non debebam (= «avrei dovuto») ego abs te has litteras poscere.* (Cic.) 8 *Alius ex alio causam tumultus quaerit.* (Caes.) 9 *Cum decimum iam diem graviter ex intestinis laborarem, fugi in Tusculanum.* (Cic.) 10 *Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest.* (Cic.) 11 *Fluvius per eos dies solito magis inundaverat.* (Liv.) 12 *Animus commotus est metu, spe, gaudio.* (Ter.) 13 *De meis rebus ad Lollium perscripsi ut is vos doceret et commonefaceret.* (Cic.) 14 *Consilium nostrum spero vacuum periculo fore (= futurum esse).* (Cic.) 15 *Ex equitibus perpaucos relinquere in Gallia, reliquos secum ducere Caesar decreverat.* (Caes.) 16 *Ex viridi materia (= «legname») raptim factae erant naves.* (Liv.)



b. Traduci le seguenti frasi prestando attenzione alle funzioni dell'ablativo.

- 1 Cesare, partito dal Marsiglia con due legioni, giunse rapidamente a Roma. 2 Nelle sventure si possono distinguere gli amici veri dai falsi. 3 Non bisogna mai separare l'utile dall'onesto. 4 Si narra che Servio Tullio sia nato da una schiava. 5 Spesso i golosi hanno mal (usa *laboro*) di stomaco. 6 Giugurta chiese al senato che mutasse le condizioni di pace. 7 Serse fu vinto non solo dalle armi dei Greci, ma anche dall'astuzia di Temistocle. 8 Cesare, informato dei piani (usa *consilium, ii*) dei nemici, affrettò la marcia. 9 Che cosa è più desiderabile della pace nella famiglia e nello stato? 10 Quel giorno l'oratore fu più eloquente del solito. 11 Cesare giunse in Illiria più celermente di quanto tutti si aspettassero (= dell'opinione di tutti). 12 Vogliamo discutere con voi dei nostri futuri progetti. 13 Alessandro Magno fu uno dei massimi comandanti dell'antichità (= nei tempi antichi).

## ESERCIZIO 6 ► ABLATIVO: FUNZIONE STRUMENTALE-SOCIATIVA

Traduci le seguenti frasi prestando attenzione alle diverse funzioni dell'ablativo.

a. mezzo, abbondanza, prezzo, pena, misura, causa, limitazione

- 1 *Non viribus aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio sententiaque.* (Cic.) 2 *Ariovistus exercitum castris continuit et equestri proelio cotidie contendit.* (Caes.) 3 *Verres, ut mos fuit Bithyniae regibus, lecticā octophōro (= «sostenuta da otto portatori») ferebatur.* (Cic.) 4 *Homo omnium nequissimus non dubitabat vel (= «persino») in foro aleā ludere.* (Cic.) 5 *Per legatum Cinēam Pyrrhus non virorum modo (= «soltanto») sed etiam mulierum animos donis temptavit.* (Liv.) 6 *Vita doloribus referta maxime fugienda est.* (Cic.) 7 *Audendo atque agendo res Romana crevit, non his seignibus consiliis quae timidi cauta vocant.* (Cic.) 8 *Maiores nostri et agris et urbibus et nationibus rem publicam auxerunt.* (Cic.) 9 *Clodius emit domum prope dimidio carius quam aestimabatur.* (Cic.) 10 *T. Torquatus filium morte multavit.* (Cic.) 11 *Caesar speculatoria navigia militibus compleri iussit.* (Caes.) 12 *Ille annus multis variisque causis fuit insignis.* (Liv.) 13 *Hac una re multo praestamus bestiis, quod loqui possumus.* (Cic.) 14 *Agesilaus nomine, non potestate fuit rex.* (Nep.)

b. compagnia e unione, modo, qualità, ablativo con dignus/indignus, con utor, fruor, fungor, potior, vescor.

- 1 *Tu dignus illā es, illa digna te est.* (Sen.) 2 *Nulla vox est audita populi Romani maiestate indigna.* (Caes.) 3 *Nemo illum congressione, nemo sermone, nemo convivio dignum iudicabat.* (Cic.) 4 *L. Philippus patre, avo, maioribus suis dignissimus fuit.* (Cic.) 5 *Livianae fabulae<sup>1</sup> non satis dignae (sunt) quae itērum legantur.* 6 *Possunt aliquando oculi non fungi suo munere.* (Cic.) 7 *Alexander, cum audivisset Anaxarchum, comitem suum dicentem innumerabiles mundos esse: «Heu me – inquit – miserum, quod ne uno quidem adhuc potitus sum!».* (Val. Max.) 8 *Di (= «dèi») nec escis nec potionibus vescuntur.* (Cic.) 9 *Sapiens laetitiā fruītur maxima, continua, sua.* (Sen.) 10 *C. Flaminius cecidit apud Trasumenum lacum cum magno rei publicae damno.* (Cic.) 11 *Sulpicius, Aegīnam classe profectus, cum Attālo sese coniunxit.* (Liv.) 12 *Multi pecūdam ritu ad voluptatem omnia referunt.* (Cic.) 13 *L. Flaccus et C. Pomptinus praetores merito ac iure laudantur, quod eorum opera forti fidelique usus sum.* (Cic.) 14 *Agesilaus et staturā fuit humili et corpore exiguo et claudus altero pede.* (Nep.)

1. *Livianae fabulae* = «i drammi di Livio Andronico».

c. 1 Dio ornò il cielo non solo di stelle fulgenti ma anche del sole e della luna. 2 È noto che l'uomo è dotato (usa *praeditus*) di pazienza con la quale può sopportare anche i più grandi dolori. 3 I campi della Sicilia abbondavano di messi. 4 Si dice che Alcibiade abbia comprato un cane per 70 mine. 5 Il valore e la perizia dei comandanti si giudicano in base alle vittorie. 6 I cittadini romani non venivano condannati a morte, ma all'esilio. 7 Atene, dopo la lunga guerra, soffriva (usa *laboro*) per la penuria di viveri. 8 Nessuno di voi può essere stimato degno del nostro perdono. 9 Molti uomini sono famosi di nome, ma di fatto non hanno compiuto niente di importante. 10 In questa questione (usa *res*) desidero avverti (usa *utor*) come maestro. 11 Se avrai fatto tutto con somma cura, non potrai sbagliare in alcun modo. 12 Tacito racconta che i Germani erano di statura alta e di fattezze fisiche terribili.



**ESERCIZIO 7 ▶ ABLATIVO: FUNZIONE LOCATIVA; IL LOCATIVO**

Traduci le seguenti frasi.

- a. <sup>1</sup> *Cognovi in Lycia esse classem Dolabellae.* (Cic.) <sup>2</sup> *Caesar exercitum reduxit et in hibernis collocavit.* (Caes.) <sup>3</sup> *Ante id tempus et mari et terra duces erant Lacedaemonii.* (Nep.) <sup>4</sup> *De amicitia alio libro dictum est.* (Cic.) <sup>5</sup> *Vespasianus Corinthi, Achaiae urbe, certos nuntios accēpit de interitu Galbae.* (Tac.) <sup>6</sup> *Hostis est non apud Anienem, quod bello Punico gravissimum visum est, sed in urbe, in foro, in ipsa – inquam – curia.* (Cic.) <sup>7</sup> *Vigebat in illa domo mos patrius et disciplina.* (Cic.) <sup>8</sup> *Triduo inde ad planum descensum est.* (Liv.) <sup>9</sup> *Milites continenti labore diebus viginti quinque aggērem extruxerunt.* (Caes.) <sup>10</sup> *Augustus sanxit ne plus quam bis in mense senatus ageretur.* (Suet.)
- b. <sup>1</sup> Vercingetorige poneva ogni speranza di salvezza nell'arrivo dei Galli alleati. <sup>2</sup> In gioventù la vita sembra lieta e piena di piaceri, nella vecchiaia è spesso triste e colma di dolori. <sup>3</sup> In primavera le forze di Sparta e degli alleati mossero verso l'Attica. <sup>4</sup> Nell'età di Pericle Atene giunse al colmo della sua potenza. <sup>5</sup> Nella guerra Mitridatica Cotta con le sue truppe fu chiuso e assediato a Calcedonia. <sup>6</sup> In tutta la Grecia sorvegliavano scuole di retorica e di filosofia. <sup>7</sup> L'esercito di Cesare, in marcia (*iter faciens*) verso la Gallia, si fermò a Modena. <sup>8</sup> In pace e in guerra bisogna sempre osservare la giustizia.

**ESERCIZIO 8 ▶ OPUS EST; VERBI DI NECESSITÀ E DI BISOGNO**

Traduci le seguenti frasi.

- a. <sup>2</sup> *Nunc mihi et consiliis opus est tuis et amore et fide.* (Cic.) <sup>2</sup> *Non fuit illi opus ferro, non sanguine.* (Sen.) <sup>3</sup> *Magna et spatiosa res est sapientia: vacuo illi loco opus est.* (Sen.) <sup>4</sup> *Quae ad bellum opus sunt, senatus decrevit.* (Liv.) <sup>5</sup> *Celeriter quae opus erant Themistocles reperiebat.* (Nep.) <sup>6</sup> *Noctu comparantur arma, quibus ad oppugnandam urbem opus est.* (Liv.) <sup>7</sup> *Leuctrica pugna immortalis sit necesse est.* <sup>8</sup> *Ergo si solida corpora prima sunt, ita ut docui, sint haec aeterna necesse est.* (Cic.) <sup>9</sup> *Haec amem necesse est.* (Cat.) <sup>10</sup> *Chabrias Athenas rediit neque ibi diutius est moratus quam fuit necesse.* (Nep.) <sup>11</sup> *Qui beneficium accipit, maius accipit, quo magis eo indiget.* (Sen.) <sup>12</sup> *Ita in una civitate bis improbus fuisti, Verres, cum et remisisti quod non oportebat, et accepisti quod non licebat.* (Cic.)
- b. <sup>2</sup> Abbiamo bisogno di una vostra pronta risposta. <sup>2</sup> In tale pericolo io so che abbiamo bisogno dell'aiuto degli dèi. <sup>3</sup> Ci occorrono moltissimi esempi di questo genere. <sup>4</sup> Ora occorre che tu ritorni al più presto. <sup>5</sup> Per i vecchi è opportuno godere della tranquillità e del tempo libero (usa *otium, ii*). <sup>6</sup> Spesso i giovani mancano di costanza. <sup>7</sup> I profughi avevano bisogno di cibo e di vesti. <sup>8</sup> È indispensabile che i cittadini obbediscano alle leggi, perché lo stato non sia mai privo di giustizia e di concordia.

## Versioni

**VERSIONE 1 Druso**

Il padre del futuro imperatore Claudio e figliastro di Augusto fu un eccellente generale e ottenne numerosi successi in Germania, dove morì di malattia nel corso di un'ennesima spedizione militare (9 a.C.). Fu molto popolare e gli si attribuivano sentimenti repubblicani.

**Costrutti notevoli:**  
 • accusativo

*Drusus in quaestura praeturaque sua dux Raetici, deinde Germanici belli fuit, Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit transque Rhenum fossas<sup>1</sup> novi et immensi op̄eris eff̄ecit, quae nunc adhuc Drusinae vocantur. Hostem etiam frequenter caesum ac penitus in intimas solitudines actum insecutus est. Quas ob res ovandi ius<sup>2</sup> et triumphalia ornamenta perc̄epit; ac post praeturam confestim inīto consulatu atque expeditione repet̄ita, supremum diem morbo obiit in aestivis castris, quae ex eo Scelerata sunt appellata. Corpus eius per municipiorum coloniarumque primores ad Urbem devectum sepultumque est in campo Martio. Exercitus honorarium ei tumulum excitavit, senatus inter alia complura marmoreum arcum cum*



*tropaeis viā Appiā decrevit et Germanici cognomen ipsi posterisque eius donavit. Fuisse creditur non minus gloriosi quam civilis animi<sup>3</sup>: nam numquam dissimulavit, quamquam dedebat, se pristinum rei publicae statum restitutum (esse)<sup>4</sup>.*

(da Svetonio)

1. Fossa, ae = «canale». 2. Lo *ius ovandi* è «il diritto all'ovazione» e costituisce una forma minore del trionfo. 3. *non minus gloriosi... animi* = «di animo non meno desideroso di gloria che pieno di amor patrio». 4. Il *pristinus rei publicae status* (lett. «l'antico ordinamento dello stato») è il regime repubblicano, terminato con il consolidamento del potere personale di Augusto.

## VERSIONE 2 Alterna fortuna di Dione

Il nobile siracusano Dione, dopo l'esilio a Corinto, ritornò in patria per partecipare alla lotta popolare contro il tiranno Dionisio il Giovane ma, perso il favore del popolo perché sospettato di mirare egli stesso alla tirannide, fu vittima di una congiura e ucciso nella sua stessa casa. Solo dopo la sua morte il popolo lo pianse come restauratore della libertà e gli eresse un monumento.

Costrutti  
notevoli:  
• ablativo

*Dion Syracusanus, nobili genere natus, multa a natura habuit bona, in quibus ingenium docile<sup>1</sup>, come, aptum ad bonas artes, magnam corpōris dignitatem, magnas praeterēa divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat enim intimus tyranno Dionysio priori (= «il Vecchio»), qui eum ut filium diligebat non minus propter mores quam affinitatem<sup>2</sup>. Quare Dionysius filius<sup>3</sup> Diōni invidere coepit, praesertim cum ab eo se superari vidēret ingenio, auctoritate, amore populi; tum operam dedit ut ille Syracusis pelleretur ac Corinthi exularet. Post aliquot annos Dion, ut patriam a Dionysio tyranno liberaret, cum copiis mercenariis Syracusas rediit ac urbe potitus est. Sed Diōnis fortuna subito commutavit: nam vulgus, propter eius acerbitatem in civitate administranda, eum tyrannidem petere dictitabat. Postremo coniuratio orta est ad eum interficiendum et in suo conclavi per dolum necatus est. Rumore caedis celeriter dilato, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Nam qui vivum eum tyrannum vocitaverant, iidem liberatorem patriae tyrannique expulsorem praedicabant. Itaque in urbe celeberrimo loco<sup>4</sup>, elatus publice<sup>5</sup>, sepulcri monumento donatus est.*

(Cornelio Nepote)

1. *Docilis*, e (da *doceo*) propriamente significa «pronto ad apprendere ciò che viene insegnato» quindi «versatile». 2. Il tiranno Dionisio il Vecchio aveva infatti sposato la sorella di Dione. 3. Dato che il figlio di Dionisio il Vecchio portava lo stesso nome del padre, Nepote usa, per distinguerli, l'espressione «Dionisio figlio» che si traduce con «Dionisio il Giovane». 4. Ricorda che *celeber, bris, bre* significa «frequento». 5. *Efferre publice*, «seppellire a spese dello stato».

## VERSIONE 3 Il ritiro dell'intellettuale nella serenità della campagna

Plinio scrive all'amico Fundanio dalla sua villa di Laurento, tra Ostia e Lavinio, esortandolo a seguire il suo esempio e ad abbandonare le stressanti e futili occupazioni della vita di Roma per ritirarsi in campagna, dove è possibile godere di «un piacevole e onorevole ozio» (*dulce otium honestumque*).

Costrutti  
notevoli:  
• accusativo  
e ablativo

*Si quem interrogares: «Hodie quid egisti?», responderet: «Officio togae virilis<sup>1</sup> interfui, sponsalia aut nuptias frequentavi, ille<sup>2</sup> me ad signandum testamentum, ille in advocacionem, ille in consilium rogavit». Haec quo die feceris<sup>3</sup> necessaria videntur, eadem, si cotidie te fecisse reputas, necesse est tibi inania videri, multo magis cum secesseris<sup>4</sup>. Tunc enim subito recordatio «Quot dies tam inanis rebus absumpsi!». Quod evenit mihi, postquam in Laurentino meo (= «nella mia villa di Laurento») sum. Nihil audio quod me audisse, nihil dico quod me dixisse paeniteat; nulla spe, nullo timore sollicitor, nullis rumoribus inquietor: mecum tantum et cum libris meis loquor. O rectam sinceramque vitam!<sup>5</sup> O dulce otium honestumque ac paene omni negotio pulchrius! Proinde tu quoque strepitum istum inanemque discursum et ineptos labores, ut primum fuerit occasio, relinque teque studiis vel otio trade.*

(da Plinio il Giovane)

1. *Officium togae virilis* era «la cerimonia per l'assunzione della toga virile» durante la quale il ragazzo di 17 anni entrava a far parte della società adulta. 2. *ille... ille... ille*: «uno... un altro... un altro ancora». 3. *Quo die feceris* = *die quo fecisti*. 4. *Cum secesseris*: «quando te ne sei allontanato». 5. *Vitam* è accusativo esclamativo.